

Iebranda fint , per publicum κήρυγμα & præconium. Tob. 12, 7. Alex. M. annulo manui suæ detracto , Hephaestionis , litteras aduersus Antipatrum criminationes continentes , inspicientis ori sigillum imposuit. Plut. Apopht. p. m. 333.

16. οὐδε) quin , imo .

18. Ἀπέχειν) distare , avertere , se temperare . Item : Aliundè accipere , reportare .

IN EPIST. AD COLOSSENSES.

C A P . I.

Vers. 9.

Πληρώθητε τὸν ἐπίγνωσιν) תְּפִלָּאֵת הַדָּעַת quod Hebræis cum Græcis commune est , ut passiva & alia derivata assumant constructionem simplicium Verborum , cuius rei vestigia vide sis apud Plautum : *Quid tibi has edes curatio est ?*

14. Redemptio est remissio peccatorum i. e. causa illius. Metonymia.

20. *Pacificans*) i. e. pace donans , tūm illa , quæ sunt in terrâ , tūm quæ in cœlis i. e. Deum & sanctos Angelos cum hominibus reconcilians , & pacem inter illos concilians.

23. Εἰ γέ) si tamen .

24. *Nunc gaudeo in afflictionibus meis , vestri gratia*) i. e. quæ vobis commodo sunt , ut exemplo meo excitati similem patientiam exhibatis , quod vicissim adimpleo defectus afflictionum Christi , i. e. sicut Christus , caput Ecclesiæ olim pro toto mundo salutis recuperandæ ergo passus est ; ita ego ordinatione & exemplo ejus vicissim patior , quod me dignetur honore Martyrii Christus , ita ut possim sarcire defectum afflictionum Ecclesiæ , voluntate & decreto divino ipsis imponendarum , & in numero eorum esse , qui pro gloria Christi ad ædificationem Ecclesiæ afflictiones patiuntur , quæ sunt afflictiones ipsius Christi , in membris suis patientis , easque afflictiones , quas Christus sibi attribuit , carne mea exequar , in gratiam corporis ejus scil. Ecclesiæ , non satisfaciendo , sed veritati Evan-